Noverint Universi Quod cum ad instantiam et requisitionem diversorum creditorum instantium et fieri exigi[illegible] Michaelis Biotat [illegible] Majoricarum pro diversis quantitatibus ipsis debitis prout in mandato [illegible] et non inventis bonis mobilibus expeditis fuit positum in publica subhastatione ad subhastandum et vendendum [illegible] Rafallum praedictae hereditatis unde factis solitis proclamationibus fuit factum albaranum subhastationis et directum [illegible] curitorum ad effectum praedictum quod est tenoris sequentis. Ihs De part y manament del Mag.^ch Sr Vicent Ramis [illegible] lochtinent del mag.ch Sr micer Diego Desclapes donzell Dr en drets Jutge major de la Portio de la Seu de Girona en Mallorca y de tenor de les pnts a supp.o y instantia de Sgra Puigdorfila en nom de sos fills d ella y a Matheu Puigdorfila donzell [illegible] comuns y de Don Antoni de Veri al amat Joan Antoni Bonet corredor de la Cort de dita Portio diem vos y manam que per espay de vint dies subhasteu y encanteu aquell posats lliures quant de nos manament tingau en la forma acostumada un Rafal de la heretat de Miquel Biotat forner q.o situat en lo terme de la pnt Ciutat en lo pla de St. Jordi tingut sots alou directe domini y jurisdictio de la Portio de la Seu de Girona a merce de lluime presentatio de fadiga de xxx dias y a delme de tots esplets e sots dit alou tingut per lo collegi de la Compañia de Jesus a censal de dotze lliures quinse sous lo die y festa de St. Miquel. Item a Bernat Marti, y Antoni Marti germans [illegible] a censal de [illegible] y sinc lliures en dit dia y festa de St. Miquel. Item per correctio del pnt albara se posen quatre lliures cens que fa tots anys a la Senora Anna de Puigdorfila en dit nom Item axi mateix per correctio del pnt albara se posen vuyt lliures censals que fa tots anys al noble Sr. don Antoni de Veri Le qual Rafal affronta

Serco [illegible] qui dirbi voldia que se ha de vendrer y lliurar al mes donant sens falta alguna y qualsevol sia lo comprador deposara tot lo preu [illegible] en poder del depositari de dita Seu de Girona y quitandia lo [illegible] la fadiga Datts en Mallorca a [illegible] Mars M DC XXXVJ advertint a nel Comprador qualsevol sia que lo sembrat es en dit Rafal no va en la present venda fet ut supra per lo pnt any 1636 per que aquell ha de cullir lo arrendador o llogater salvo que lo comprador se li correspondra per posit lo que sera justicia fet a 4 Mars 1636 Ramis locumtenens Antoni Bordoy Procurador General de la Seu de Girona Quod quidem Rafallum praedictum curitor licitavit et encantavit per plurimos dies in praedicta Curia, et platea Curiarum praesentis Civitatis [illegible] et factis proclamationibus [illegible] vendi [illegible] et adiudendum tradi [illegible] Curitor die praesenti facto legitimo encantu in forma solita et assueta retulit et fidem fecit neminem invenisse qui tantum pretium vos Magnificum Antonium Moll domicellum qui in illo dixistis et de pretio obtulistis Octingentis undecim libris monetae Majoricarum cuivis plus danti, et majus pretium offerenti dictum curitor tradidit, et liuravit praedictum Rafallum et in signum verae realis, et actualis traditionis vobis tradidit hastam fiscalem seu [illegible] propter vestram absentiam honor Joannes Nicolau apuntatoris pro vobis recepit et acceptavit et cum nihil aliud restaret agendum quam vobis facere, et firmare instrumentum venditionis propterea Nos Vincentius Ramis J.V.D. Judex locumtenens praedictae Portionis almae sedis Gerundae Mag.ci Domini Didaci Desclapes et Montornes domicelli J.V.D. Judicis majoris dictae Portionis auctoritate praedicti nostri officij qua in hac parte fungimur gratis et ex nostra certa scientia plena per nos et nostros praesentes [illegible] futuros in dicto nostro officio successores Vendimus et titulo venditionis huiusmodi Concedimus cedimus, et tradimus vobis dicto Mag.co Antonio Moll domicello licet absenti tanquam praesenti in manu tamen et posse notarij infrascripti tanquam publicae et authenticae personae pro omnibus illis quorum interest intererit et interesse poterit legitime stipulantis, paciscentis, et recipientis, et vestris et quibus volueritis perpetuo praedictum Rafallum hereditatis praedicti Michaelis Biotat [illegible] tentum et confrontatum prout supra. Praedictum [illegible] Rafallum prout superius affrontatur includitur, et terminatur cum omnibus eius integritatibus proprietatibus terminis tenedonibus pertinentijs, introitibus et exitibus suis, et generaliter cum omnibus alijs universis et singulis Juribus ad huiusmodi venditionem pertinentibus, et pertinere debentibus quovismodo vobis, et vestris vendo. Pretio praedictarum Octingentarum undecim librarum dictae monetae Majoricarum quas deponere debeatis penes depositarium dictae Portionis et sic cum [illegible] et ex nunc Constituo me praedicta auctoritate qua in hac parte utor praedictum Rafallum quod vobis vendo amodo pro vobis, et vestris tenere, et possidere donec inde vos vel vestri de illo possessionem apprehenderitis realem, et corporalem vel aliam quamcumque de jure vel de facto quam liceat vobis, et vestris apprehendere et adipisci vestra, et vestrorum propria auctoritate quandocumque volueritis, et adeptam penes vos, et vestros licite et perpetuo retinere. Titulo enim et ex causa huiusmodi venditionis do et cedo vobis, et vestris [illegible] omnia loca et jura praedicti Michaelis Biotat omnesque voces, vices, rationes, et actiones reales, et personales mixtas, et directas reique persecutorias, et alias quascumque in praedictis competentes et competituras ac debentes competere quoquomodo. Quibus quidem juribus locis vocibus vicibus rationibus et actionibus praedictis possitis amodo vos et vestri uti frui, agere, exercere, et experiri vosque tueri et deffendere in judicio et extra etiam et ubique. Quoniam nos cum praesenti auctoritate praedicta ponimus vos et vestros in et super praedictis in locum causam poenitus et jus jam dicti Michaelis Biotat faciendo etiam, et constituendo vos et vestros ibi et inde dominos veros, et indubitatos procuratores ut in rem vestram propriam ad agendum videlicet, et deffendendum utendum fruendum excipiendum dandum, vendendum, cedendum, impignorandum [illegible] alienandum indeque faciendum de praedicto Rafallo vestras, et vestrorum omnimodas voluntates. Salvo tamen semper in praedictis jure directo allodio dominio laudimio fatica [illegible] publica praedictae Portionis almae Sedis Gerundae, et suorum. Promittentes et bona fide convenientes vobis et vestris quod praedictum Rafallum quod vobis vendimus faciemus vos, et vestros, et quos volueritis semper facere, habere, tenere et in sana pace perpetuo possidere pacifice, et quiete legitimeque deffendere contra omnes personas, et sic tenemur inde vobis et vestris firmiterque teneri promittimus de firma et legali evictione, et questione, et tandem de omnibus damnis, sumptibus missionibus interesse et expensis litis, et extra etiam et ubique pro quibus quidem omnibus, et singulis supradictis sic attendendis servandis et complendis rattis, grattis, firmisque semper habendis et inviolabiliter observandis auctoritate praedicta obligamus cum praesenti omnia et singula bona hereditatis praedicti Michaelis Biotat mobilia et immobilia ubique sint praesentia et futura. Actum est hoc in Civitate Majoricarum die quinta mensis Maij anno a Nat.te Dni Millesimo Sexcentesimo Trigesimo sexto. Sig+num meum Vincentij Ramis Locumtenentis Magnifici domini Judicis praedictae Portionis Sedis Gerundae qui haec auctoritate praedicta laudamus concedimus et firmamus

Vicens

Testes huius rei sunt discretus Andreas Ferragut not.s et Joannes Gallami nuntius praesentis Curiae

Jo Antoni Bordoy Procurador general de la Seu de Gerona lloa y aprova lo pnt. Acte salvo sempre tots los drets de la dita jurisdictio

Sig+num meum Andreae Ferragut auctoritate Regia not.j publici et Regentis scribaniam portionis ecclesie sedis Gerundae pro dis.to Joanne Bap.ta [illegible] not.o ac scriba maiore dictae portionis qui praesens [illegible] in libris dictae scribaniae continuavi et in hanc publicam formam redegi scripsi feci comprobavi et clausi die [illegible] 26 martij 1637.

A 21 de [illegible] [illegible] a la porcio de la Seu de Girona [illegible] Pere Moll donzell de Mallorca